

tionem confortati Sancti Martyres, non solum tranquillo, sed etiam jucundo animo tulerunt tormenta & mortem &c.

## CARITAS PROXIMI.

## 139. Promoveatur ex variis motibus.

**I**deo unus pauper, alter dives, unus magnus, alter humilis, ut unus alterius opera indiget. B. Ser. 21. §. 6.

Con-membra sumus unius corporis. B. Ser. 28. n. 6. Maximum motivum, quod nos movere debet ad amandam proximum, est exemplum Christi Domini, qui tanto nos ardore amavit, ut ardentius amare non poterit. Omnia enim sua dedit, ut nos amaret, amore complacentis, amore benevolentis, & amore amicitiae. Hinc Apostolus: *Caritas Christi urget nos*. S. Franc. Sales. Direct. p. 3. c. 2. §. 9.

Sunt, qui putant se per quilibet amorem, aut amicitiam facile satisfacere huic praecepto: sed non est ita; sciendum igitur est quintupliem esse amorem, seu amicitiam, Viciosam, Communem, Naturalem, Virtuosam, & Divinam; *Vitiosa* est, quae jungit homines ob finem malum libidinis, comestrationis &c. *Communis* est, quae jungit homines propter communionem patriae, locorum, negotiorum, studiorum, vel alterius commercii. *Naturalis* est, quae unit homines propter conjunctionem sanguinis. *Virtuosa* est, quae amat hominem propter virtutem, qua ornatur. *Divina* denique est, quae diligitur homines, quia Deus vult

illos amari juxta illud: *Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum*. Primae illae quatuor amicitiae non requiruntur a Deo ad observationem hujus praecepti, sed solum illa ultima &c. Seg. Man. 17. Apr. n. 4. seq.

Dilectio proximi est mandatum Dei, & quidem simile illi quod jubetur Deum ipsum diligere: simile, inquam, quia non minus obligat, quam primum: quia morale est sicut primum, quia naturale, absolute, affirmativum, universale, clarum, perpetuum, sicut primum &c. Seg. 30. Jul. n. r.

Sicut dignitas & excellentia post se trahit honorem, & quanto major est, tanto majorem; ita Bonitas post se trahit amorem; unde cum proximus participet Bonitatem Dei, secundum hanc participationem, magis aut minus amari potest &c. S. Franc. Sales. Direct. p. 3. c. 2. §. 11.

## 140. Quilibet habeat curam alterius.

Hominem, non ut sibi ipsi solum prodesse, creavit Deus, sed ut multis, ait Chrysol. S. Job petiit sermones suos sculpi in silice, ut posteritati prodesse. B. Ser. 34. §. 1. & Ser. 28. n. 7.

Duo Cherubin in arca fe mutuo respiciebant. M. con. 2. aff. 3. n. 8.

S. Apollinaris Patriar. Alexan. ut quemdam Nobilem depauperatum & paupertate eriperet, fingit apocham quinquaginta talentorum, eamque per tertium nobili tradit, ac debiti postulatus summam omnem solvit. R. 1. par. mir. 46.

Caritas est regina virtutum, ideo proximo in necessitate, praesertim in infirmitatibus exhibenda est. Paolotti Feria 5. Cinerum. Et Fer. 5. post Dom. 3. Quad.

Praesertim domesticorum curam, amoremque habere nos oportet, cum discretione, & affectu benevolentiae. Nuncquam ira permittendus locus, nunquam amaritudinis peccus relucendum; adeoque defectus domesticorum ita corrigendi sunt, ut pateat potius discretio, aut amoris, quam alterius affectus causa fieri correctionem. Praecipue cavenda ira, quae facile declinat in odium & inimicitiam. S. Franc. Sales. Direct. p. 3. c. 2. §. 4. *Irassusitiam Dei non operatur.*

Non desperet assiduis, sed in Deo confidens ait: *Post tenebras spero lucem*. Sic S. Jos. Eleemosyn. Hierosolymitanos ob excidium urbis depauperatos & exules, auro & cometa refecit. C. Thren. 4. v. 22.

## 141. Diligendum proximum unice propter Christum.

In ultima coena mandatum novum dedit Christus, ut diligamus invicem: an hoc novum est? an non jam in Veteri Testamento jubebatur diligere? an non ipsa natura ordinat caritatem? Respondet deo populo, quia natura ordinat amorem: ideo lex amoris nova est, ut scilicet deinceps diligamus invicem, non quia natura ordinat, sed quia Deus vult: ideo addidit Christus: *Sicut dilexi vos*. Ille dilexit non propter carnem, & sanguinem, non propter propensionem naturalem &c. B. Ser. 26. n. 44. & seq.

Fr. Joseph voluerunt illum occidere: unde natus furor? quia Josephus adhuc procul ab eis erat: Iosephus cyprus est Christus, procul est Christus ab illo homine, qui.

qui proximum non amat. M. con. 29. aff. 3. n. 7.

Dicis: Est homo vitiosus? est meus inimicus! Quamquam ergo ex se dignus non esset amari, dignus tamen est propter Christum! Optimum medium vindicandi inimicum, ait S. Augustinus, est, si eum diligamus, & benefacendo ulciscamur. Illique Dei gratiam & omnem felicitatem exoptemus &c. S. Franc. Sales. Dir. p. 3. c. 2. §. 3.

Praecipua ratio diligendi proximum est, quia est imago SS. Trinitatis, & unionis cum Divinitate per gratiam, & gloriam capax. Unde sicut Raguel juniorem Tobiam dilexit, inquit: *Quam similis est juvenis iste consobrino meo!* ita proximum diligere debemus, quia est similis Deo. S. Franc. Sal. Direct. p. 3. c. 2. §. 8. & 9.

## 142. Raro tanta est, quanta nostri ipsius.

Nostra delicta nobis levia, proximi gravia videntur, quia proprius amor excecat. David, quamdiu putabat sibi alienum crimen proponi, juravit: *Filius mortis es Vir, qui fecit hoc*. S. pan. 11. f. 329.

Delicta proximi facile videmus, ad nostra autem caecutimus. M. con. 20. aff. 1. num. 3. 4. Et con. 29. aff. 3. n. 5.

Dilectio proximi apud multos est perniciosa, quaevisosa, aut mortua. Amore pernicioso amant proximum, qui illi obsecundant, & favent in rebus malis. Amore quatuosuo amant, qui attendunt eum gratitudinem, aut utilitatem recipiendam. Amore mortuo amant, qui puram habent velleitatem ei bene precandi, opere autem ipso, cum occasio est, illi non succurrunt &c. Seg. Man. 30. Jul. n. 2.

O quoties amor noster non est verax! Aliqui ostendunt majorem amorem proximi, quam revera habent, & hac fictio mala est. Aliqui ostendunt amorem & non amant. Atque hac fictio peior est, Aliqui ostendunt amorem proximi, quem revera odio habent, & hac fictio pessima est. Seg. Man. 13. Aug. n. 4.

Centurio noluit Christum intrare in domum suam: Quare? domus valde diffusa erat, metuebat fatigari Christum: nempe suam ipsius naturam in Christo consideravit, ait Chrysol. M. con. 29. aff. 3. n. 5.

Judaei cur faciem Christi velaverunt, dum eum cadere voluerunt? Respond. ne suam naturam in Christo intuerentur: qui suam naturam in proximo non considerat, eum non amat. M. con. 29. aff. 3. n. 6.

## 143. Quomodo constituta esse debeat.

Christus Dominus praecipit: *Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem, sicut dilexi vos*. Per particulam *sicut*, non exigit quidem aequalitatem, sed similitudinem. Quomodo ergo dilexit nos Christus? Dilixit Rectissime: Rectitudo amoris requirit tria: 1. Ut sciamus in proximo distinguere inter substantiam, & substantiam, hoc est inter corpus & animam, ita ut animam amemus propter Deum, & corpus propter animam. *Ordinavit in me caritatem*. Ita Christus dilexit Apostolos, voluit, ut corpus exponeretur morti, & animas eorum vocavit, ut sanctis faceret &c. 2. Rectitudo amoris flagit, ut sciamus distinguere inter substantiam & accidens, ita ut quidem odio habeamus peccatum, & tamen amemus peccatorem: ita Christus fecit in Juda. 3. Rectitudo amoris exigit, ut sciamus distinguere inter accidens & accidens; quia non omnia sunt ejusdem generis; quaedam sunt bona uti virtutes, quaedam mala, uti scelera: quaedam indifferentia, uti nobilitas, divitiis: hac accidentia facile confundunt amorem incautum, saepe aliquis putat se amare Sufannam, quia est *timens Deum*, & revera amat, quia est *pulchra nimis*. Christus reipsa amavit omnes propter id, quod amore dignum est; & ideo nunc increpavit Petrum, nunc laudavit &c. Seg. Man. 13. Aug. n. 1. & 2.

Christus Dominus amavit nos amore habente has quinque qualitates, nimirum quod fuerit *Rectus, effectus, verax, gratiosus, & immobilis* amor, dum ergo dicit, ut amemus invicem, *sicut ipse dilexit nos*, exigit has qualitates amoris &c. Seg. Man. 13. Aug. 2. & seq.

Caritas proximi homines universos, velut Deo imagine amare debet, neminem contemnere, neminem judicare, defectus excusare, & in meliorem partem accipere debet: siqua vero delicta excusari nequeunt, ita illa odio habet, ut tamen personam diligat. S. Franc. Sal. Direct. p. 3. c. 2. §. 3.

## 144. Occultat alienos defectus.

Christus Dominus in passione interrogatus a Caipha de Discipulis, & doctrina sua, ad secundum respondit, non ad primum: Quare? quia laudare discipulos non potuit, a quibus fugientibus fuit ipse desertus, qui paulo ante contendebant, quae

elict

effet maior, quorum Petrus gladio fuit vindicatus & paulo post se negaturus erat, igitur tacere, quam loqui maluit.

Caritas operit multitudinem peccatorum: 1. Tegit injurias & offensas, quibus alii alios offendunt, animosque multo offensos reconciliat. 2. Celat & occultat delicta. 3. Contentiones & rixas sopit & sedat. 4. Injuria patienter tolerat. C. in ep. 1. S. Petric. 4. v. 8.

Non solum alienos occultat defectus caritas, sed etiam mala aliorum bene interpretatur. Iosephus Aegyptius, postquam se fratris contentis manifestavit, subjungit: Nolite pavere, neque vobis durum videatur, quod me vendidistis; pro salute enim vestra misit me Deus ante in Aegyptum. En! peccatum fratrum intuitus est ex ea parte, qua a Deo permittitur fuit ut occasio magni boni. Sic agendum est cum proximo. C. Gen. 45. v. 5.

Ex ipso veneno mixto & atemperato conficitur salubris medicina: scilicet Christianus, cum videt vitia & scandala proximi credat, quod Deus ex hoc errore grande bonum ad suam gloriam sit educaturus, idque ut Deus faciat, insensere roget &c.

#### 145. Efficaciter trahit animos ad Deum.

S. Franciscus tres latrones, quos antea frater Angelus dure habitos procul abesse iussit, amice revocatos cibo & potu pavit, qua caritate ita eorum animos ad Dei amorem commovit, ut illos ad sacrum suum Ordinem traxerit, ubi vitam sancte peractam sancta morte conclusurunt. R. cent. 2. part. 2. mir. 19.

Nihil magis trahit animos, estimacionemque aliorum conciliat, quam amabilis quaedam caritatis suavitas, & mansuetudo. S. Frang. Sal. Dir. p. 3. c. 2. §. 5. Hæc fere magis quam prædicatio Evangelica propagavit fidem; mirati enim gentiles primorum Christianorum caritatem mutasse, facile agnovērunt, Deum cum illis esse; hinc etiam S. Jo: Apostolus id continuo inculcavit: Diligite alterutrum, & sic hoc fiat sufficit.

Angeli in scala Jacob ascendebant & descendebant: ita homo Christianus ad Deum ascendere, eique angelicum deferre obsequium nequit, nisi ad miseras & infirmitates proximi descendat. S. Franc. Sal. Direct. p. 3. c. 2. §. 8.

Non fuit efficacius remedium ad conversionem gentium, quam cum viderunt Sanctos Martyres inter tormenta orare pro persecutoribus, & Christianos ma-

nus excolari, quibus percussis & colaphizati sunt &c.

#### 146. Admirabile operatur virtutum effectus.

Quæritur, quo sensu lex caritatis vocetur mandatum novum? Respondetur, 1. Novum est, ratione causæ efficientis, puta novi Legislatoris Christi. 2. Novum ratione causæ materialis, puta novorum Christianorum. 3. Novum ratione causæ formalis, puta Christi incarnati, novæque in eo fidelium unionis. 4. Novum ratione causæ exemplaris Christi, B. V. & Apostolorum, ac primorum fidelium, quorum erat cor unum & anima una. 5. Novum ratione finis, quia per hoc mandatum Christi voluit facere novos homines, caelestes, non terrestres. 6. Novum ratione excellentiæ, quia mandatum dilectionis est præstantius cæteris omnibus. Verum super hæc omnia mandatum dilectionis dicitur novum, quia novos & habitus inauditos producit virtutum heroicorum, quædam est dilectio S. Pauli, qui caput anathema esse pro fratribus suis; S. Paulini, qui in servum se tradidit VVandalis pro filio viduæ; S. Jacoponi, qui desideravit omnia damnatorum tormenta subire solus, ut omnes illos ex inferno redimeret, & salvaret? C. 1. Jo: 2. v. 17.

Caritas studet consolari mœstos, etiam inimicos: sic Joseph Matrem dolentem super sterilitate, Tobias uxorem ad longiorem absentiam filii, Christus Martham & Magdal. ob mortem fratris &c. C. Isa. 4. v. 2. Et Thren. 4. v. 22.

#### 147. Compatitur miseris, eosque solatur.

Monet Ecclesiasticus: Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Lugendum est cum lugentibus, & stendum cum stentibus, non enim sufficit plorantes verbis consolari, sed compolorare oportet; quia hæc communiore dolor alleviatur, dum in alios plures dividitur. Ita fecit Job: *Flebam super eo, qui afflatus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* C. Eccl. 7. v. 38.

Sic consolatus est Joseph fratres, Elcana Annam Samuelis matrem, Tobias uxorem, Christus Dominus Martham & Magdalenam, C. Isa. 4. v. 2. Et Thren. 4. vers. 22.

Ra-

Ratio autem, cur compassione levetur dolor afflicti, & 1. quia compatiens aperit cor afflicti dolore oclusum, & compressum, facitque, ut dolor effluat, & in se derivetur, hinc S. Ambrosius ait: *Solatio huius vite est, ut habeat, cui peccata aperiantur.* 2. Quia compatiens afflicto, consilium inopi, sana consilia ad mitigandum dolorem suggerit, quæ dolor patientis in seipso inveniri non sinit; hinc Sacer Proverbiales: *Boni amici consilium animæ dulcoratur.* 3. Quia compatiens amor & affectus tantum subinde est bonum, quantum malum est ipse dolor patientis; quare positus in bilance illi æquiperat, tantumque solatur, & ædificat patientem, quantum eum dolor affligit, & cruciat. 4. Quia cum patiens sit quasi in mari amaritudinis, ex quo emergere non potest, demersus, compatiens ei quasi manum præbet, qua eum extrahit, sicut piscatores etiam suggerunt pisces, ut eum e mari educant; affectus enim est quasi esca, qua eum ad robur & spem melioris fortunæ elevat. C. Eccl. 7. v. 38.

#### 148. Plus amat proximum quam seipsum.

Mandatum novum dedit Christus in ultima cœna, nimirum, ut diligeremus invicem: hoc mandatum ideo novum est, ait Joannes Ferus, quia proximum plus diligere jubemur, quam nos ipsos. B. Serm. 26. n. 44. & seq.

Petrus Telonarius, Serapion Sydonita, Paulinus Episcopus seipsum vendunt pro proximo. S. punct. 81. fol. 263. 264.

Ferdinandus & Gaspar Ximenius fratres infelici tempestate navigabant: ad alleviandam navim unus in mare eici debebat, unde orta est amica lis uno loco alterius mori cupiente. Tandem Ferdinandus in mare se liberavit, sed tota die natus navium sequitur, & mirabiliter a Deo conservatur. R. cent. 2. part. 2. mir. 38.

S. Franciscus Solanus naufragium passus disticta navi non descendit in cybulam, quæ unica naufragantium salutem supererat, donec omnes alii usque ad viliissimum remigem erant in securo positi: plus amabat aliorum vitam, quam suam. R. cent. 3. mir. 6.

S. Elphegus Episc. Cantuariensis militibus Danis urbem cadibus & incendio devastantibus se unum pro omnibus victimam obtulit. In carcerem conjectus, septem mensium inedia excruciatum est. Peste dein grassante in auxilium vocatus, panem benedixit, & quo, qui gustarunt, ab hoc malo liberati aut præservati sunt. Denique e carcere extractus lapidibus obrutus est, etiam ab eo, quem sacro fonte levavit. N. 19. April.

S. Paulinus tempore, quo VVandalis Italianam infestabant, seipsum pro filio Vinduz in captivitatem dedit. In Africa hortulanum egit, mirabiliter a Deo liberatus. N. 22. Jun.

#### 149. Est præcipua nota hominis Christiani.

Quivis populus sua insignia habet, Romani aquilam, Assyrii columbam, Turcæ lunam, Gallililium. Christianus vero quid? In hoc cognoscitur, quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. B. Serm. 59. n. 24. Vide Titulum Magnates: *Specialia habent insignia.*

Lex caritatis vocatur *Lex Regalis*, 1. quia caritas est omnium virtutum regina, & legum præstantissima. 2. Quia ornat omnes homines, præsertim Reges & Principes; hinc Christum, dum Pontem constituit Ecclesiæ Principem, ante omnia interrogavit eum: *Petre amas me?* 3. Quia præcipue, & creberrime Christus caritatem mandavit: *Hec mando vobis, ut diligatis invicem.* 4. Quia ad omnes homines, etiam inimicos se extendit; sicut igitur dicitur *Via regia*, id est, publica, & communis, qua omnes incedunt, sic lex caritatis regalis est, quia per eam omnes iusti incedunt, & quia non habet obliqui, nec declinat ad dextram, nec ad sinistram &c. C. in Ep. S. Jac. c. 2. v. 8.

Christiani ex eo dicuntur tales, quod sint imitatores Christi: sicut ergo Christus Dominus a stabulo usque ad crucem se totum impendit amoris hominis cum admittibili proflus amoris excessu; ita & Christianus, ut sit Christi imitator, se totum impendere debet caritatis proximi. S. Franc. Sales. Direct. p. 3. c. 2. §. 9.

#### Amicitia humana.

#### 150. Sit cum pari, & paucis.

Bene attendendum illud in contrahenda amicitia, ut fiat cum pari: iuxta illud: *Alciora te non quaeris.* Si jungas te altiori, ditiori, aut potentiori, amicitia non diu durabit; quia superior non tam amicus vult esse, quam Dominus, non dabit consilia, sed imperia, & non amabit inferiorem, sed despiciet. C. Eccl. 13. v. 2.

E Vide

Vide Tit. Sapientia : *Non immisceat se alienis negotiis.*

Cum paucis confidenda amicitia. 1. Quia affectus & amor hominis est finitus, limitatus, & exiguus, sergio in multis dividitur, in singulis immittitur, & nequit esse singularis & eximius, cum in modum, ait Plutarchus, quo fluvii in multos rivos deducti levitorem habent cursum: aut etiam calor in hypocaufto, si fenestra aut ostium aperitur, evanescit. 2. Quia amicitia singularis est summa amicorum unio, hæc autem inter plures consistere nequit; quia plura essentialiter uniri non possunt, sed tantum accidentaliter, ut lapides in fabrica domus; quot enim capita, tot contrarii affectus, & iudicia. 3. Quia spiritus amicitie rarus esse debet, & bene probatus ac perspectus, quod pluribus non convenit. 4. Quia pluribus amicis convivere, succurrere, satisfacere difficile, aut impossibile est, dum non raro uni collatandum, alteri condolendum esset. 5. Amicus amici consiliarius esse debet, consiliarii autem multi esse non possunt; quia inter plures non servatur secretum, & difficile est invenire plures tante prudentie, & integritatis, ut non invicem deficiant. 6. Quia amicitia humana est idea amicitie Dei, qui solus vult a nobis amari toto corde, & non patitur rerum aliarum consortium. *Esau amicus*, ait S. Cyrillus, *cunctis, intus paucis, fidelis universis*. C. Eccli 6. v. 6.

Præferenda autem est amicitia veteri prænova, juxta illud: *Amicum tuum, & amicum patris tui no dimiseris*; quia hunc nosti & scis quod ei fidere possis, expertus es ejus fidem, constantiam, & consilium: amicitias immortales esse oportet, veteres autem sunt proximiores immortalibus, &c. C. Prov. 27. v. 10.

### 351. Quæ commoda habeat.

Amicitia est familiarissima conjunctio inter duos, ex mutuo amore confata, ita ut unus quasi animus fiat ex pluribus: Nihil in mundo æstimabilius vera & sincera amicitia; habet enim commoda plurima: 1. quia amicus fidelis est *protectio fortis*, tutela, & asylum tutissimum, sic Abraham amicus fuit Loth, & Jonathan Davidis. 2. Quia amicus thesaurus est amicus, qui omnem rerum copiam illi, & voluptatem offert; hinc Alexander rogatus, ubi thesaurus suos haberet? respondit in amicis. 3. Quia amico fideli nulla est comparatio, superat omnes divitias & the-

sauros, par est patri, & fratri habendus. 4. Quia amicus est medicamentum vitæ; in omnibus enim miseriis tam animi, uti sunt, mœores, angores, timores, quam corporis, uti sunt perfectiones, infirmitates, amicitia est quasi auxilium & medicina. 5. Quia fidus amicus est quasi donum Dei, quod Deus fuis cultoribus, tanquam mercedem rependit; hinc ait Sapientia: *Qui metunt Dominum, invenient illum*, id est, amicum. C. Eccli 6. v. 14.

Gregorius Nyssenus illud Cantico: *Hortus conclusus, fons signatus* applicat amico fideli & sincero: sicut ex hortu fructus, ex fonte aquam, cum libet, depromis; ita ex amico accipis omnia ad vitam opportuna. C. Eccli 6. v. 14.

Ex quibus omnibus conjice, quam felix sit amicitia inter Deum, & hominem justum: hæc continet omnia commoda & conditiones vere amicitie, colloquia, officia, gaudia, communicationem bonorum, quæ sane mira est, & Divina animæ dignitas atque utilitas. C. 1. Joann. v. 2.

### 352. Vera, quomodo sit probanda.

Cum S. Hieronymus ajat: *Amicus diu queritur, vix invenitur, difficile servatur*, ideo amicitia non statim amanda, sed prius probanda est: si prius inspicis vasa, antequam emas, ait Antisthenes, multo magis vitam eorum inspicere debes, quos in amicitiam tibi adiuncturus es! attende bene, quibus signis & legibus vera, ac sincera amicitia probetur. 1. lex amicitie est, ut neque rogemus res turpes, neque faciamus rogari. 2. Nihil videtur, nihil simulatum sit, sed omne verum, ac voluntarium. 3. Nihil se plus alter; quam alterum diligat. 4. Attendendum, ne intemperata benevolentia magnas utilitates amicorum impediatur. 5. Amicitia, non est referenda ad commodum amici aut nostrum, alias non erit amicitia, sed mercatura utilitatum. 6. Non utilitatem amicitia, sed amicitiam utilitas sequitur. 7. Nunquam intempetiva, nunquam molesta sit. 8. Virtutum adjuvix sit, non vitiorum comes. 9. Summa cum fide, constantia, & justitia servanda est. 10. In amicitia superior par esse debet inferiori, inferior superiori. 11. Non sit nimia, ut unum pro pluribus sollicitum esse necesse sit. 12. Quo diturnior erit, tanto suavior esse debet. 13. Si opus sit, amicus amicum sine lachione monet, & objuget. 14. Amicitia si declinare videatur in malum, sentium dissuenda, non

repente abruptenda sunt. 15. Amicitia sic affabilis, non taciturna. 16. Amicus amico in prosperis congaudeat, in adversis condolet, & sublevet. 17. Amicus amicus incommoda in se suscipiat. 18. Amicus amici moribus, sensibus, vocis, quoad licet, se accommodat. Sic Christus Apostolos vocat amicos: Quare? quia vos estis, qui permanistis mecum in tentationibus. C. Eccli 6. v. 10. & 14. Item Eccli 12. v. 10.

### Correctio Fraterna.

#### 353. Est necessaria, & obligatoria.

Putant aliqui honestum non esse, erro- res aliorum deserre ad superiorem, sed Chrysostomus ait: *Malum est aliorum peccata in oculis occurrere*. Et Origenes: *Quæ est ista bonitas, quæ misericordia, uni peccatore, & omnes in discrimen adducere? Fac audacter, quod Martha, quæ non horruit fetorem fratris prodere: Jam flet. Sanctus Augustinus querit: si scires forem laborare gravi carcinomate, nonne proderes? quanto ergo potius debet eam manifestare, si de vulnere animæ agitur?*

Esau constituit Jacobum fratrem occidere conscis uno vel altero domestico: quid factum est? *Nuntiata sunt hæc Rebecca*. Ubi Oliva: *Felix sane Isaac domus, in qua fratris odia non fratri, sed parenti nuntiantur*. Præpostere actum fuisse, si odium Esau nuntiatum fuisse Jacobo: *Nos favorem Esau non Rebecca nuntians, ut extingatur, sed nuntians Jacobo, ut augetur*. B. Sermon. 36. n. 29. 30. 31.

Duo Cherubin in arca fe mutuo respiciebant, quia debet unus ad alterius pericula respicere. M. conc. 2. aff. 3. n. 8. C. Matth. 18. v. 16. & 17.

Hæc obligatio stringit ante peccatum: si videris cæcum appropinquantem præcepto, aut viatorem sylvæ latronibus occupatæ, teneris illum dehortari. Ergo etiam teneris monere adeventem periculum peccati. Item obligatio stringit post peccatum, si vides vulneratum, aut sumpto veneno periclitantem, teneris illum hortari ad emplastrum vulneri adhibenda, aut antidota sumenda. Ergo etiam teneris admonere peccatorem ad respiciendum a peccato.

#### 354. Quomodo fieri debeat.

Sanctus Bernardus exclamat: O pelvis Domini! O humilitas Christi, quam lon-

ge recessisti! O quam sunt rari, quam pauci, qui mittunt aquas in pelvium, & flexo poplite ad lavandos discipulorum pedes pe- tunt. M. conc. 2. aff. 1. n. 11. &c. C. Eccli 19. v. 13. Item Matth. 18. v. 17.

Sanctus Chrysostomus deplorat: *Non vident fratres nostros in faucibus diaboli cadere, neque sermone eos dignamur, neque consulerè, neque verbis admonere, neque scribere a malitia, & ad virtutem manducare* Rudemus &c. C. Gen. 19. v. 5.

*Predica verbum, in ista opportuna, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina*. En! Paulus præcipit, Episcopum nunc debere peccantes arguere, obsecrando, & increpando, *cum patientia*, id est, sine bile, & *ad divina* id est, cum prudentia; nam sine argumentis, nemo perferet correctionem. Et hoc facere est obligatorium, ait enim B. Innocentius: *Erro-*

*ror, cui non resistitur, approbatur, & veritas quæ non defenditur, opprimitur; negligere quippe cum possit deturbare perverfos, nihil est aliud, quam fovere*. Sicut Medicus nunc lenibus pharmacis, nunc acerbis utuntur: sic Episcopus & quisvis spiritalis Medicus nunc blanditiis, nunc aperiorebus verbis agere debet. S. Augustinus his, qui alterum corrigere volunt, pulchrum dat documentum, & inquit: *Hujusmodi insinuat in spiritu lenitatis*. Ante correctionem examinent conscientiam, an amore corripiendi ad eam moveatur, aut passione, &c. C. 2. Tim. c. 4. v. 2.

*Emundioria sunt de auro purissimo*, metallo pretioso. M. conc. 21. aff. 2. num. 1. Filium prodigum prius vestiri voluit Pater, ut soli Patri nota esset nuditas: ita delictum proximi opere, & sic corrigere debes. M. Ib. n. 2.

Deus ægere, & difficulter prodit nostra crimina. M. Ib. n. 3. 4. & seq.

Non omnes equaliter requirunt: sunt Christus alios flagello, alios correptione, alios voce castigavit: parvulis patris, decrepitis læ nocet: attende circumstantias. M. conc. 27. aff. 1. n. 14. Sanchez 6. part. c. 4. f. 594.

In eo, qui peccatorem fructuose vult corrigere, tres conditiones requiruntur: Amor, secretum, & bonitas. Paoletti Fer. 3. post Dom. 3. Quadr.

Multum interest, ferro, aëre, vel auro instrumento vulnere tractentur; aurum enim sanativum est, & ferrum corrosivum. VV. art. dist. font. 48. ex. 6. & 7. Sic multum interest correctionem prudentem fieri, interdum auro lenitatis, interdum ferro aulteritatis.

Corruptio fratris in peccatum lapsi tres habeat qualitates: 1. Procedat ex amore. 2. Sit lenis, & dulcedine verborum condita. 3. Sit tempestiva, & opportuna. C. Ecclii. 19. v. 13.

155. Debet cum humilitate & emendatione acceptari.

Dum pulverem excutunt Moyses & Aaron, ciniphes nascuntur: ita &c. Ubi Stephanus: Quid est, quod ciniphes, dum pulvis percutitur, non solum in jumentis, sed etiam in hominibus nascuntur, nisi quia ad excussionem pulveris ipsi jam pene spirituales murmurant. S. punct. 116. fol. 352.

Hugo a S. Victore correctionis impatientis post mortem apparet, atque se a singulis demonibus saltem uno verberasse flagellatum. E. Correctio num. 1.

In schola duo juvenes insolentissimi noluerunt acceptare correctionem Magistrorum: in schola apparuit terribilis demon cum virga ferrea minitabundus, quo viso duo illi juvenes post aliquot dies obierunt. E. Correctio n. 2. Item C. Prov. 12. v. 1.

Multa leges ex natura sua sunt reciprocae: sic cum lex obligat parentes ad bonam educationem filiorum, eadem obligat filios, ad acceptanda obedienter bonam educationis principia. Talis est etiam Lex correctionis fraternae: eo ipso quod unus obligetur, ut corrigat alterum, alter etiam obligatur, ut correctioni se subjiciat: alias certe ultionem Numinis incurramdum pertimescat. Pharaon, quia resistit monitis Moysis, Saul monitis Prophetarum, populus Judaicus monitis Christi Domini, perierunt: ita omnes manifestum interitus periculum incurrunr, qui bene monentibus resistunt. Hinc sacer Proverbia: *Qui corripit hominem, gratiam inveniet apud eum.*

156. Omnia quantum nocent.

Philistaei omnes fabros ferrarios e regno Israel exterminare studuerunt: ita demon correctores & correctionem impedire studet bene gnarus, quantum majorum ex omissione correctionis sequatur. M. conc. 21. aff. 1. n. 3.

Haes dum SS. Angelos illud tryflagion cantare audit, vocem suam conjungere voluit, sed non potuit: Quare? quia impium Regem Oziam corrigere neglexit. M. conc. 21. aff. 1. n. 9.

Haes dicit: qui non punit, multiplicat peccata populi, & Seneca: qui parit

impis, nocet iustis. Sanchez 6. part. 6. 4. fol. 696. seq.

In regionibus, ubi infelix pestilentia grassatur, praecipitur subditis, ut in platis urbiun, & ruri in viis publicis ignes fumosos & odoriferos accendant, quibus purgatur aer. Quod si subditi mandatum facere negligat, ipsi in culpa sunt, si latus propagetur venenum, & totam regionem habitatoribus evacuet. Sic res fe habet in praesenti: si Principes, Superiores, Parentes negligat corrigere errores, peccatum semper latus serpet, & omnes hominum ordines intoxicabit.

Non est facile explicatu, quanta industria laborent daemones ad pervertendas animas: socios etiam malos excitant, ut sibi operam jungant: scandala publica causant, & nihil non faciunt, quod cedit in perniciem animarum. Quid ergo fiat, si non in contrarium dentur motores, qui pro Deo laborent?

157. Quam gratia sit Deo.

Latro in cruce salvatur, quia socium corripuit. M. conc. 21. aff. 1. n. 5.

Dives Epulo, se ex inferno liberatum isti confidit, quia fratres corripere studuit. M. lb.

Sandus Paulus corripuit Petrum, quod a quibusdam cibis adhuc abstinerec. S. punct. 121. fol. 377.

Filii & filiae, famuli & famula saepe in domo sciunt occulta crimina, & metu invidia aut persecutionis tacent. Sed male! Josephus accusavit fratres de crimine pessimo, & quamvis invidiam fratrum incurserit, Deus illi compenavit, dum ad thronum Aegyptium exivit. C. Gen. 37. v. 2.

Samaritanus Viatorem Jerichunum commendavit stabulario, profertens denarios, promittensque quod illius labores sit liberaliter compenaturus. Ita Deus promittit remunerationem aeternam corrigentibus peccatorem. *Qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam ejus a morte, & operiet multitudinem peccatorum.*

Nescio, an non fabulo sum sit, quod de Alexandro Magno narratur. Licentiosus in sinu maris naviganti, corona regia e capite in undas excidit. Verum picatorem unus, natandi peritia versatissimus, mox in aquas profluit, & coronam e profundo recuperavit. Quantum cum merito Anima, quae in profundum seclerum mergi incipit, corona Dei est! O quantum meritum, si recuperetur!

158. Mo.

158. Moderate, & caute facienda est.

Sandus Paulus corripuit Petrum, quod a quibusdam cibis adhuc abstinerec. S. pun. 121. f. 377.

Artenius in conversatione Monachorum spirabat adhuc mores, quibus in aula assueverat, & nonnunquam federe folaba pedem pedi superfundens: hanc indecentiam nemo corrigere audebat, cum ecce! Abbas Pastor cum fratribus convenit, se in proximo conventu velle federe in morem Artenii, illi econtra id agerent, ut publice se corripere, fore de sine dubio, ut Artenius suum errorem adverteret, & dedoceret. Quod & factum est.

Natalis Episc. a Gregorio Pontifice correptus offensum se putabat: cum ecce Gregorius rescripsit, non detrectare se a quomquam summa dignitate potiretur, & ab illo, & a minimo quoque sui officii commoneri. D. 3. 64.

Aequum est, ut imbecillitates proximi cum mansuetudine & compassione corrigantur, quia ipse Christus Dominus eas percutit & perfert! An enim proximus ob defectum aliquem cessat esse Divinae dexterae creatura? an desinit esse creatus ad caelum &c. S. Franc. Sales. Direct. p. 3. c. 2. §. 7.

Attendum, ne correctio fiat in ipso fervore delicti, non verbis asperis, nec tempore, quo corrigendus minime est dispositus. Pluviz non profunt ad fecundandum agrorum, dum terra adhuc hyemalifrigore congelata est &c. C. Ecclii. 19. v. 13.

159. Salutares effectus post se trahit.

Orator ille apud Maximum aiebat: Reprehensio si agnoscat, O Imperator, ad cupiditatem eorum, quae prius non norat, reprehensum ducit. Iococrates: Sicut Mos exulcerata mordet, secundum naturam autem constituit suave est; ita habet Oratio Philosophorum. Item Anonymus: Sicut helleborum si parcius sumas magis offendi, quod inhereat visceribus, insciant, quae corpus, si copiosius sumas proderit; erumpet enim liberius; ita non est oburgandus amicus, nisi ea vehementia, quae vitio liberet illius animum; non lentor ex populo contristat amicum nullo fructu. Et rursum: Ut lenis acris & amara profunt, dulcia obtunt, ita & vitiosus. Cap. Prov. 25. 2. 12. Item Prov. 12. v. 1.

Correctio data, & humiliter acceptata comparatur inauri cum margarita fulgent. D. Clau. Spicil. univers. Pars II.

1. Sicur inauris perforat, & pertundit aurem cum dolore, & quamvis vellicet, etiam ornat velut monile. Ita Correctio tuncidem aurem mentemque; sed simul pungit, ut obedientem faciat.

2. Sicur inauris ornat, imo quondam fuit nobilitatis insigne; ita correctio pretiosa est, nec infamata sed nobilitas audientem. 3. In inauris, & in anulis olim incidebatur Nomen Dei: ita correctio est salutifera, Divina, & a Deo manans; ut perpetuo sit Dei memor, & juxta cum mores corrigat corrector, ac vitam componat. 4. Inauris debet esse proportionata, non nimis levis, nec nimis ponderosa; ita correctio debet esse prudens, ne gravis sit, vel tristitiae pondere animum correpti premat, vel opprimat, ideo Plutarch. ait: Sicut Medicus, ubi fecit carnem, non statim deserit scissum, sed rigat, ut lenis sit: ita qui acutus oburgavit, debet in moribus reliqua vitae consuetudine lenire eam molissimam. C. C. in Prov. 25. v. 12. & c. 27. v. 5.

160. Non audita interitum causat.

Virum qui corripientem dura cervicis contemnit, repentius ei supervenit interitus. Prover. 29. *Qui sanitas non sequitur.* Ubi Textus Graecus de corripiente ait: Qui dextere reprehendit, sanat, qui vero pro sua duritie convitiatur, non tam sanus, quam irritat, & propter roborem, quos oburgat, imprudens reddit. S. Gregorius hanc in rem ait: Non videtis Medicos, quando s. Greg. *urunt, vel secant aliquos, cum quanta lenitate operientem oportet hoc agere, ut mansuetus ac lenis sit.* C. Prov. 29. v. 1.

Quodsi delinquentis correptionem etiam discretam, & lenem non acceptet, vel illi, quia in sua malitia peribit. Sic ut equi sternaces & tauri ferocientes jugum excutunt; ita multi vitiosi, dum ab homine per verba, vel a Deo per flagella, aut interinas inspirationes admonentur, si in vitiosis obstinate perdurent, repentius illis interitus supervenit. Exemplum est in Pharaone, qui decies inceptus a Moyses ut dimitteret Hebraeos, dum monentibus obstinate resistit, Deus cervicem ejus confregit, mergens eum in mari cum toto exercitu suo. Sic Ophni & Phinees luxuriose viventes saepe correpti a Patre Heli, & non emendati, una die ambo in praesidio occisi sunt. Sic Udo Archiepisc. Magdeburg. admonitus a Deo: *Udo, Udo cessa ludo!* in peccatis suis perit. Sic saepe videmus, quod filii parentum correptionem, E 3 et mo-

& monita spernentes, sensim in scelera ruant, & demum ad capitale supplicium, aut patibulum rapiantur. Ratio est, 1. Quia dum ad sincera monita & correctiones scelera non emendant, sensim ad majora v.g. ad furca & homicidia progrediuntur. 2. Quia tales penas merentur propter contemptum correctionis, & duram cervicem. 3. Quia Deus ex iusto iudicio, propter obstinationem in malo sine filios in exitium, subrahendo illis singulares gratias emendationis. C. Prov. 29. vers. 1.

261. *Fit a Sanctis etiam erga Principes.*

Nathan Propheta corripuit Davidem ob adulterium & homicidium: Daniel Regem Balthasar: San. Basilius Imperatoris Praefectum etiam mortem & tormenta minitatem. Et Imper. acquievit.

Episc. Oenitandus ab Imp. Anastasio ad suas partes magnis promissionibus invitatus, libere respondit: Tu potius ad orthodoxos transi, ne dum opiniones inopinio- rum hominum, Severi, Eutichetis, & Dioscori ampliteris, aeterno igni addicaris.

Dein apprehendens Imper. chlamydem, haec vestis, ait, nequamquam te post mortem sequatur, sed sola comitabitur pietas, & virtutum habitus! Missam sac Ecclesiam, quam Christus suo sanguine redemit!

Inductus es, & ratiocinandi ignarus, neque ullum Ecclesiae Decretum per se intelligis, tantum imposturus, & scurrilibus calumniis fatuos terres! Satis tibi sit di-

gnitatis, quod Imperator est! Antiquitas Ecclesiae noli vexare! Ad haec Imperator pudore suffusus obmutuit. Pauperimus autem cum esset Episcopus, ne obolum quidem ab Imperatore accepit, adeo liber erat, & solus in Deum fidelis, ac pietatis rationem habens. C. Dan. 6. v. 28.

Julianus Apostata Caesarium promissis & terroribus in errore trahere conatus est, sed gloriosus athleta crucis ignominiam imperii Majestati praehabuit. C. lb.

Publia Praefecta Monialium transeunte Juliano cum suis alta voce cantabat: Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Indignante Imperatore, & praecipiente, ut colaphis egeretur, contumeliam pro summo honore habuit. C. Dan. 6. v. 28.

S. Ambrosius Imperatori Theodosio sub partico templi restitit, eoque ob eadem Thessalonica factam ab ingressu Ecclesiae prohibuit. Conteritus Imperator obediit quidem: Etiam Davidem peccasse!

verum a S. Episcopo audire debuit: si cum Davide peccasti, cum Davide etiam poenitentiam age &c.

162. *Non fiat ex ira, & passione.*

Deus in Paradiso deambulavit usque ad vesperam, ut tum primum puniat Adamum &c. M. conc. 27. aff. 1. n. 10. Ita se gerit, quasi casu illi innotuisset Adami delictum. M. lb. n. 11.

Neque statim fiat propter delationem incertam, crimine necdum certo: Videbo, utrum peccata compleverint, dixit Deus de Sodomitis. M. lb. n. 12.

Crimen indirecte, & quasi in communi culpandum est, non in una persona: sic Christus fecit: *Generatio incredula!* & tamen unicuique tantum homo erat incredulus. M. lb. n. 13.

Juvenis eremita Seni aperiebat suas tentationes & iste indiffereta oburgatione adeo afflixit juvenem, ut ad vitam saecularem redierit. At in via occurrit illi Abbas Apollo, quem Deus rem omnem edocuerat, blande mitigat animum juvenis, eumque reducit ad vitam spirituatem. Senex autem ille iisdem tentationibus adeo afflictabatur, ut fere ad desperationem redigeretur: cui feni dein Abbas Apollo edixit, hanc esse poenam illius indifferetionis. Sanc. 6. par. c. 4. f. 697.

Non incendas carbones peccatorum arguens eos. Ubi S. Hieronym. Cum corripis *Eccli. 8.*

delinquentem, ita circa illum circumspice & temperanter age, ne quid in tuis verbis, vel actibus, unde amplius peccet, inveniat. Pelicanus seu onocrotalus stupida volucris est: cum venatoris ejusnuda incendunt, alis concussis vulgenter extinguit, sed alas adurit, & capitur: ita qui peccatorem cum ira corripuit, non eum corrigit, sed magis accendunt. Expectandum igitur, donec ira utrinque resideat. C. Eccli. 8. v. 13.

Siquis emplastum a vulnere cum violentia, & praecipitantia abripit, vulnus non curat, sed magis incendit, & irritat: ita agit, qui sine mansuetudine, cum furore correctionem facit: magis nocet, quam prodest. Tres igitur conditiones requiruntur ad correctionem. 1. Ut procedat ex amore, non odio: corrigens non hostem induat, sed medicum, qui contra morbum pugnat, non contra infirmum. 2. Correctio sit lenis, dulcedine vultus & verborum condantur; sicut pilulae amarae saccharo condiuntur. 3. Fiat temperative, & opportune, quando corripien-

piendus bene est dispositus; ideoque non fiat in flagranti, & fervente ira: canis per aures retentus mordebit; ita iratus corrigentem invadat verbis asperis, aut omnino verberibus. C. Eccli 19. v. 13.

Bonum exemplum.

163. *Excitat ad imitationem virtutis.*

Ecclesiasticus monet: *Mandavit unicuique de proximo suo.* Quid: ut non tantum sibi, sed & proximo professe studeat, ait S. Chrysof. Ideo S. Job petit sermones suos scribi in silice, ut per suum exemplum profici omni posteritati. Sancti Patres Augustinus, Gregorius, alique dudum mortui sunt, sed hodie dum profunt mundo, ait Bosquier. B. Ser. 44. §. 1. Vide Titulos Superior, Paterfamilias, Parentes. Item 1. Petr. 2. v. 12.

Ezechiel de illis animalibus ait: *Aspectus illorum quasi carbonum ardentium, ita homo debet ardere caritate.* Et quasi *aspectus lampadarum:* ita debet lucere bono exemplo. Hecor Pintus hic ait: *Debeamus ardere caritate, & illuminare mundum, & exemplo.* Idipsum intelligit Gregorius per illud: *Sint lambi vestri praecincti, & lucerne ardent in manibus vestris.* B. Ser. 36. §. 1.

Animalia illa non solem seipsa alis, sed etiam se invicem percutiebant: Gregorius: Alia sua me percutit, qui exemplo sanctitatis propriae me ad melius accendit. S. pun. 62. f. 217. M. Conc. 24. aff. 3. n. 8.

S. Celsus exemplo S. Juliani Martyris, cui videbat ingentem Anglorum turbam ad martyrium comitem ire, ad martyrium animatur. S. Apollinaris, cum videbat Timotheum in tormentis Christo pulcherrima corona coronari, abstracto pallio in arenam profiliens, se Christianum profreter. Sanc. 4. part. c. 2.

S. Apollonius metu martyrii donat Philemonis mimo quatuor aureos, ut suam personam simulans se loco suityranno miseret. Fecit id Philemon, accedit tyrannum & joculariter crucem facit: At ecce repente illuminata veram fidem agnoscit, profreter, & martyrio afficitur. Id videns Apollonius eius exemplo animatus ad martyrium accorrit. Sanc. 6. part. c. 9. f. 830.

164. *Propagat Fidem Christianam.*

Cur Christus, qui ad mortem subeunda venerat, in pueritia mortem fugit?

Resp. ideo, quia adolescere, & per bonum exemplum suam legem propagare voluit &c. M. conc. 24. aff. 3. n. 8. B. Ser. 37. n. 40. Vide Tit. *Fides.*

Angelus Persiae restitit viginti & uno diebus Angelo Israelitarum volenti eos abducere & Babylonia. Cur: quia sperabat Persas Idololatriam ex conversatione, & bono exemplo Judaeorum ad fidem convertum iri. D. 2. 97.

Monachus senex susceptus in cellam suam Manichaeum itinerantem, eique coenam & cubile cum magna caritate ministravit: Admiratus Manichaeus hanc virtutem, altera die ad pedes Monachi se projiciens factus est Catholicus. E. Verbo *Benevolentia* n. 3.

Captiva virgo in Iberia, dum precibus suis Reginarum, puerumque sancti restituit, vitamque sancte Christianam egit, totam Iberorum gentem ad fidem convertit. E. Verbo *Conversionis* 14.

S. Basiliscus Miles, cognatum suum Theodorum inter tormenta exultantem, & in fide Christi insuperabilem admiratum, erubuit, quod pro Caesare Maximiano permuta vulnera, pro Christo nullam tulisset, utro in arenam Christum professus profluit, & sanguinem dedit, a Christo ipso ad martyrium animatus. N. 22. Mart.

S. Herculianus Romanus intuitu Martyrii S. Alexandri Episcopi convertitur & Martyr fit. N. 25. Ser.

S. Caprasius Episcopus in perfectione tormentorum metu in latibulo se abscondit: eontra S. Fides innocens & tenera Virguncula intrepide Christum professus est. Id ubi vidit Caprasius, erubuit se a femina vinci, & tyramo se sistens una cum illa martyrium subit. N. 20. Off.

Per efficaciam exempli magis propagatur fides Christiana, quam per praedicationem verbi: hinc S. Ap. Paulus con-  
fessus Agrida: *In hoc & ipse studeo sine offensivola conscientiam habere ad Deum, & ad hominem senser.* Et S. Chrysof. *Convincuntur magis opera virtutis, quam miracula: haec namque vel fide fieri possunt, vel se vere, etiam ad improbis per gratiam gratis datam.* Primi Christiani magis per constantiam Martyrum ad fidem conversi sunt, quam per praedicationem, ex hac ipsi etiam iudices & tortores veritate fidei agnoverunt. C. 1. Petr. 2. v. 12.

165. *Efficaciter trahit ad virtutem.*

Barbari Sandomiriam urbem in Polonia perfide contra pacta occupant, & in Mo-

Calumnias  
& locu-  
natas  
Tom. 3.  
de An-  
stif.

S. Chry-  
sof. erat. de  
S. n. 207.

li.

nafe-

nafterio S. Dominici Religiosos omnes, qui in Ecclesia tum Hymnum *Salve Regina* cantabant, obruncant, unis metu effugit, sed dum videt, quod sui confodales etiam mortui pergerent cantare laudes Virginis, barbaris se flitit, & martyrii coronam una cum reliquis adeptus est. R. cen. 2. par. 2. mir. 42.

Quo lo claustrum ita laborat, ut Christiani sua opera bona nescio quo preteritu in oculo faciant? ac si adhuc inter persecutiones viveremus, prout primi Christiani in catecumbis vixerunt? nempe id facit, ut impediatur edificatioem aspicentium &c. Seg. Man. 16. Sep. n. 1.

Cum S. Virgo Fides inter crudelissima tormenta constanter Christum profiteretur, hac sua constantia Caprasium, qui tormentorum metu in rupe se absconderat, ad martyrium traxit, & iste S. Primum & Felicianum ad Christum suo exemplo convertit. E. Verbo *Celestis gloria* n. 10.

S. Arcadius Martyr metu tormentorum latibulo se abscondit: cum autem unum ex amicis ad supplicia raptum audit, ultro fe tyranno flitit, eumque ad inferendas illi penas provocavit. N. 12. Feb.

Dum S. David Anachoreta octoginta annis in cellula delitescit, singulis noctibus lumen super ejus tugurium apparuit. Id videns Palladius ad similia animatus est, dicens: si merita SS. adeo lucet in terris, quomodo fulgebunt in caelis? N. 26. Jun.

S. Zoa a S. Sebastiano excitate liberata, post martyrium illi gloriosa apparuit. Id cum S. Sebastianus enarraret, exclamavit Tranquillus: En! *Mulieris celum vapitunt! Quid nos Viri?* N. 5. Julii.

#### 166. Convertit peccatores.

Latro ad Monasterium invitatus & laute habitus, cum ibi videret fratrem innocentem, in pane & aqua visitare, & gravissimas poenitentias pro felici morte suscipere, cogitans de sua salute post tot scelera, convertitur. E. *Conversion* n. 33.

Apollonius in carcere constitutus, cum gentili Philemoni se ludibrio habenti mansuete & benigne responderet, illum convertit. Qui deinde cum aliis in ignem conjectus, cum rogis mirabiliter repentinis pluvius extingueretur, in mare demersus martyri factus est. *Humilitas* n. 4.

Capta ab Alarico Roma Gothus Romanam mulierem ad sui amorem pelliciebat: illam autem constanter resistentem ex ira graviter vulneravit. Cum mu-

lier ne sic quidem cederet, admiratus constantiam, ad Basilicam S. Petri eam adduxit, & custodibus data larga pecunia commendavit. C. Ex. 27. v. 11. f. 536. col. 2.

S. Hieronimus adhuc secularis vidit unum Monachorum post psalmodiam coram SS. Eucharistia in faciem prosterni ac diu orare. Hoc viso animum tunc mundo valedixit, & ad Religiosa claustra transiit. N. 26. Aug.

Duo Aulici Theodosii Imperatoris ex curiositate in cellam pii eremici delati, ibi casu legebant vitam S. Antonii Abbatum. Et ecce! hujus Sancti virtutum exemplis adeo animitus commoti sunt, ut mundo, relicti etiam, quae habebant, sponsis, valedixerint, & Dei servitio se sancte manciparint. Dayeroult. c. 5. tit. 25. n. 1.

#### Zelus animarum.

##### 167. Docetur exemplo Sanctorum.

Mira fuit industria SS. animas querentium usque ad martyria; Sic Serapion Sydonita seipsum in servitutum vendit, ut sic occasionem nanciscatur gentes ad fidem convertendi. Postquam autem illos convertit, restitit illis pecuniam pro venditione acceptam, & ad alios perrexit. E. Verbo *Abstinencia* ex. 6.

Judaeus Medicus ad S. Basilium agrotantem vocatus, ex arteria pulsu judicavit, Sanctum ne una quidem hora supervidit. Vir Dei ad illum ajebat: Quid si usque mane vivam, vis fieri Christianus? id Medicus impossibile ratus, promisit. Et ecce! S. Basilium in Dei Omnipotentia confusus oravit Dominum, & usque in alteram diem conservatus Judaeum publice in Ecclesia baptizavit, & dein migravit. E. Verbo *Conversion* n. 28.

Peccator luxuriosissimus in mortis articulo desperans, a Sancto Eremita in seipsum erectus est, ut dederit ei omnia sua merita, & vicissim omnia ejus peccata in se receperit. Ita poenitens peccator migravit, & postmodum apprensus dixit, se salvatum, & merita Eremitae apud Deum duplicata fuisse. E. *Desperatio* n. 8.

Joannes Nivelensis, vix unquam otio indultit, sed semper in revocatione animarum laboravit. Podagra molesta laborans interrogavit chirurgum sibi submitsum, quo tempore sibi sanitate reduceret vellet: eo respondente, tempore quatuor mensium: submituit: absit me ut vel tribus hebdomadis cessem a salute animarum, & sic chirurgum dimisit. E. *Predicare* n. 3. S. Pau-

S. Paulus Apostolus quanto ardebat zelo, quo singulos fideles habebat in corde & ore! sic S. Xaverius, Gaspar Barzuz & alii. C. Act. 20. v. 31.

Hi Sancti omnes non alia methodo, seu instrumento lucrandi animas usi sunt, quam oratione, caritate, quae se ad omnia demittit, *Manustudine*, qua peccatorem demulcet, & *Prudentia* qua blanditibus aspera miscere novit, sicut sponsa simul formosa, & simul nigra fuit. Cap. Jac. 5. v. 20.

Zelus fidei caritas animarum in Christo Domino excogitavit modos Angelis & hominibus admirabiles lucrandi animas, nimirum Verbum caro factum est, & semetipsum exinanivit formam servi accipiens, ut homines verbo & exemplo a peccatis retraheret. Christum imitati sunt Apostoli, & sancti animarum zelotes, qui mille invenerunt industrias convertendi peccatores, talis fuit S. Ignatius, S. Xaverius. Ingeniosus est sanctus amor; hinc Christus Dominus, antequam Petrum supremum animarum pastorem constitueret, prius interrogavit: Petre amas me? & post ter repetitum interrogacionem, affirmante semper Petro subjunxit: *Pasce oves meas!* C. Prov. 21. v. 12.

Ut sic discretus, imitetur Apostolos, quorum arma fuerunt, vehementia spiritus, efficacia praedicationis, sapientia, comitas, sanctitas, miracula, crebra oratio, pura intentio, patientia, caritas: ut videant homines, non opes eorum, sed salutem queri. C. 2. Cor. c. 10. v. 4.

#### 168. Quam gratus sit Deo.

Ruben suavit fratribus, ut Josephum non occiderent, sed in cisternam mitterent. Quare? quia ille cogitabat Josephum noctu educere, & ad Patrem reducere, ut sic amissam (incestu cum Bala) patris gratiam hac in fratrem pietate recuperaret. C. Gen. 37. v. 22. Sic amissam peccato gratiam Dei recuperare potest, qui animam ad Deum reducit.

Alphonfus Roza in Indiis pro conversione infidelium diu laborans, in Hispaniam redire statuit, ut in quiete se ad mortem pararet. Verum in oratione a Crucifixo audire sibi visus est: Cur me derelictum in cruce relinquis? ad hanc vocem persistit in labore pro animabus. T. n. 21.

Didacus Martinez rogabat Deum, querens, in quo opere Deus se vellet maxime occupari? Crucifixus praecipit illi, ut retrospiceret: retrospexit, & vidit indum ge-

nuxum, qui orabat Deum, ut sibi viam salutis per P. Didacum monstraret. T. n. 22.

Qui converti faceret peccatores ab errore vitae suae, id quod fieri solet oratione, caritate, mansuetudine, & prudentia; *Salvabit animam ejus a morte*, tam in hac vita a morte peccati, quam in altera a morte inferni. Quam gloriosum autem sit convertere animas, patet, 1. Ex pretio animae. 2. Ab exemplo Christi Domini: 3. Ex eo, quod proprie sit opus Dei, juxta illud S. Dionysii, omnium Divinarum operum divinissimum est cooperari ad conversionem animarum. 4. Ex sensu SS. Apostolorum, qui totos se ad lucra animarum impenderunt. 5. Ex caritatis perfectione, qua major non est, quam dare animam pro fratribus suis. 6. Ex merito & premio: *Qui ad justitiam erudiant multos, subleventur ut stelle in perpetuas aeternitates*. Sed quid ulterius? *Operiet multitudinem peccatorum*, tam illius, quam convertent, quam suorum, quia meretur gratiam & misericordiam Dei, ut poenitentiam agat de suis peccatis, & vitam emendando justus, & sanctus evadat. C. Jac. 5. v. 20.

Animarum curatores singulariter gaudent protectione Dei. Jonas Propheta conservatur in ventre ceti. Apostoli inter mille incommoda, & pericula custodiuntur mire a Deo. S. Franc. Xaverius in India inter barbaros intrepide passit: *Esti ambulaveris in medio umbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es!* Exigit enim suavis Providentiae Divinae dispositio, ut Deus illi, quem vocat ad suum servitium, & salutis animarum negotium, simul det gratiam, & media ad finem necessaria. C. Jonae c. 2. v. 11.

#### 169. Odio habetur a mundo.

Propheta Jeremias miram facit de seipso exclamacionem: *Ve mihi Mater mea, quare genitrix me virum rixae, virum discordiae?* Deplorat naturali doloris sensu, se eo facto genitum, ut omnibus sit odio ob minaces prophetias. Nimirum qui Republicas, & Religiones deformatas reformare volunt, libertinis sunt viri rixae. Sic Christus Judaeis fuit Vir rixae, & posticus in ruinam multorum & resurrectionem multorum. Sic Lacon dicebat, *quomodo Vir bonus est, qui insperabit amicum est?* Et Scipio Africanus de suis amulis dicebat: *Merito patriae bellum facientes, me prius sublatum volunt*. Qui ergo Republice commodis student, viri rixae sunt. Talis